



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

stari potuit. Præterea Ioan. de Imo. in d. c. 1. & Alex. in d. l. si conuenierit uolunt, q̄ facta speciali expressione quorundā locorum cū clausula illa generali, & ubiq; locorū, debitor etiam in locis dissimilibus, & remotioribus expressis conueniri possit. Nec obstat d. c. sedes, quia loquitur in dispositione facta per uerba inde finita, secus si facta esset per uerba uniuersalia, & geminata, prout in pposito notat Io. Andr. in c. cum in multis extra de rescrip. & ita respondet Alex. in dicta decima limitatione. Rursus prædicta possent procedere, quando debitor promississet simpliciter soluere

11 Regij, Bononiæ, Ferrariæ, & ubiq; locorū. Sed t̄ quando ultra dictā promissionē promississet etiā, & per pactum expressum se subiecisset iurisdictioni oīum, & quorūcūq; iudicum curiarum ecclesiasticarū, & seculariū ubiq; constitutarum, in qbus contingeret illud publicū instrum locationis exhiberi, atq; pducī, & dictas p̄siones peti, se ipsum totaliter subiiciēdo, & submittēdo cōpulsioni, coactiōi, coartationi, cōdēnationi, aggrauationi, & reaggrauationi dictorū, iudiciū, corā quibus uoluit, & consensit posse conueniri, & realiter ac personaliter capi, & detineri, prout in casu nostro factum fuit, tunc absq; dubio debitor in quocūq; loco etiā dissimili, & remotiori conueniri, capi, & retineri poterit, prout ipse expressē, & specialiter per pactū expressum, & iuratum promissit, atq; cōuenit, hæc. n. geminatio pacti, & promissionis hoc saltē operari debet, argumento eorū, quæ habentur per doctores in c. si cautio de fide instru. in rub. ff. de uerb. oblig. & in l. cum ostendimus. ff. de fideiussio. tuto. & faciunt in simili in terminis nostris ea, quæ habentur per Bald. in l. cum archimedorā in 2. col. C. ut in possēs. lega. Præterea, & ultimo prædicta obiectio potest pcedere, q̄ per illam clausulam generalem, & ubiq; locorum, debitor conueniretur coram iudice non suo, & in loco, in quo aliās forum non fortiretur, & ita p̄prie loquuntur doc. in locis præalleg. Sed ubicūq; conueniretur corā iudice suo, & in loco, in quo fm̄ ius cōmune forum fortiretur, tunc nullus negat, quin ibi conueniri possit, ad tradita per scribentes oēs. in d. c. 1. & in d. l. si conuenierit. & probatur in c. dilecti. extra de foro cōpet. At in casu nostro Titius de iure cōmuni sortitur forū Nouellariæ, & ibi absq; alia conuēctione, & pacto pōt conueniri, ergo sumus in tuto, quia in territorio Nouellariæ abbatia, & bona per ipsum Titium cōducta pro parte sunt sita, & posita, & ideō ratione rei, de qua agitur, ibi forum sortiri dicitur, ut ibi cogi, & cōueniri ualeat, quoniā † nō solum ratione domicilij, contractus, seu delicti quis de iure cōmuni forum sortiri dicitur, sed etiam ratione rei, de qua agitur, quæ esset posita in loco, & sub iurisdictione iudicis, coram quo debitor conueniretur, ut est textus in c. sanē. & in c. si. extra de foro competen. cum similibus ubiq; nota. ¶ Non obstat ultimū fundamentum, q̄ locus fuerit p̄nitentiæ per text. in d. l. si conuenierit. & per ea, quæ habentur per doctores canonistas cōmuniter in d. c. 1. de iud. quia multipliciter responderi potest, & primo, q̄ illud est uerum, nisi conueniretur in loco, in quo aliās de iure forum fortiretur, quia in illo absq; dubio conueniri poterit d. c. dilecti, & ita est de mente omnium scribentium ubiq; quod locus sit p̄nitentiæ respectu loci, in quo aliās quis conueniri non potuisset, nisi pactum fuisset factum, & ita p̄prie loquitur d. l. si conuenierit. Sed in casu nostro etiam absq; pacto, de quo in instrumēto. Titius Nouellariæ cōueniri poterat, quia ibi de iure forum sortitur ratione rei, seu rerum, de quibus agitur, ut supra, ergo &c. Secundo respondeo, locum esse p̄nitentiæ, quādo huiusmodi promissio de conueniēdo, seu comparēdo in alio loco, & coram iu-

dice non suo per pactum nudum, & simpliciter, secus si per stipulationē, prout factum est nostro, quia tunc p̄nitentiæ nō est locus, cōmuniter legitur in d. l. si conuenierit. dicitur in d. c. 1. de iudic. saltē quoad effectū quendi interesse, & p̄neas conuentiones. Guliel. de Cun. in l. 1. de iud. Spec. in tit. iudi. §. 1. uerfic. quid si pactum, ibiq; locorū dicitur. do. Anto. & Abb. in d. c. 1. ubi dicitur munem opinionem attestatur, & Alex. uenerit. Sed hic stipulatio interuenit, ergo respondeo locum esse p̄nitentiæ, nisi interuenisset, quia tunc debitor potest prout promissit, & conuenit, nec implum tere causā euitandi peritium, ita omnes muniter, tam legitur, quā canoniz. in d. l. si conuenierit. & in d. c. 1. de iuramēto

14 in casu nostro interuenit, ergo &c. Præterea, quibus, quibus quis forum declinare potest, uocandi domum haberet iuxta ea, quæ in c. fin. de foro competen. si timor, & t̄m̄p̄t̄m̄ esset, ut quia debitor immobilis in loco non ret, & timor esset, ne discederet, tunc potest restari, & compelli, ut saltē caueat, ut etiam in l. si. C. de feriis, & ita dixit not. Ang. in omnibus. ff. de iudi. & ponit Andr. Bar. 3. col. circa finem. de foro cōpet. & in hoc bium nō uideo. ¶ Et ex prædictis clarissimè

15 † quod illustrissimus, & excellentissimus Bar. ob capturam, & arrestationem de T̄m̄ factam in terra Nouellariæ non potest conueniri, & homines dictæ terre reprecillat ex quo iustitia non fuit subdito suo detegat omnia iuste processerunt, ut satis aperte colligitur, & reprecillat solum ob negligentiam iustitiam committuntur, & excommunitissimè explicat Bar. in suo tractatu reprecillat & traditur per doctores communiter in matrimonio. Vltius super præmissis non dicitur putari, quia res, cum per se satis sit clarescens, maiore non indiget declaratione. fin. ff. de dote prælega. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Conductor damnificatus ex facto, & contractu, fructus potest contra locatorem, uel eius heredes agere, & interesse etiam ratione luri perceptorum.
- 2 Et damnificatus ex facto tertijs iniusto, cui per locatorem heredes restiti non potuit, teneatur tantum ad fructum etiam proportionabiliter pro rata fructuum perceptorum a solo separatorum: & quomodo bonum assidue fructuum sit habenda ratio, num. 5.
- Pro rata uero fructuum pendendum, & nondum p̄nec a solo separatorum est ei facienda restitutio, & numerum totum ad locatorem spectat. num. 7.
- 3 Damnum omne, & periculum circa fructus iam perceptos solo separatos contingens conductoris est, non locatoris.
- 4 Casus fortuitus reputatur in locatione factum teneatur prohiberi non potest, & propter quod conductor teneatur.
- 5 De pensionibus pro fructibus naturalibus solucatis de ipsi fructibus, prout tunc extant.
- 6 Quid de pensionibus pro fructibus ciuilibus, sine restitutio soluendis.
- 7 Damnum in locatione circa fructus etiam perceptos culpa ipsius locatoris ad illum, & non ad conductorem re debet.
- 8 Quid si ob mortem locatoris id damnum emerit.
- 9 Locatoris morte si quid damni circa fructus conductorem ad quod locator, uel eius heredes teneatur.
- 10 Locator ad remissionem faciendam pro fructibus iam separatis, sed nondum exportatis teneatur.

ribus percepti, nec à solo separati, & sic qui pēdētēs, erāt, prout etiam sunt, & censentur ad proximē dicta pensiones domorum, mercedes, census, luelli, & huiusmodi, qui fructus ciuiles, seu industriales dicuntur, ut in d.l. si nauis. & traditur per Bart. in l. fructus. ff. de rei vendica. per canonistas in c. grauis. de restitu. spo. liat. & per Soc. in d. consi. c. concludo, & refero, damnum illorum, ut supra, cōtingens ad locatorē, seu illius heredes, & successores spectare debere, quoniam quousque sunt pendentes, ipsius domini, & locatoris esse dicuntur, ut declarat Pau. Cast. in d. §. messem. & ideo periculum, & damnum circa illos absque culpa conductorum contingens ad dominum, & locatorē spectare debet, ut supra, & per Soc. in d. consi. c. pro rata ergo illorum fructuum proportionabiliter ipsis conductoribus assignatum remissio est facienda, et si tale damnum contingeret facto hominis iniusto, cui resisti non potuit, seu quod locator, & successores sui prohibere non potuerunt, quia factum huiusmodi tertij censetur casus fortuitus, seu illi assignatur: hæc probantur per tex. ibiq. Bar. & omnes in d. l. si fundus. & per Soc. in d. consi. c. ubi multa allegat, & facit l. damnum. ibiq. Bar. C. locati. ¶ Et quia nonnulla prædictis, & contra dictum illustrem comitem tanquam reuerendissimi locatoris successorem ob stare, & ad fauorem conductorum facere uideatur, quod ipsi ad ratam pensionis, seu affectus pro fructibus etiam perceptis, & se paratis proportionabiliter nullo modo teneantur, quoniam non possint agere ad damnum, & interese, & ad lucrum cessans, quod ipsi forte potuissent facere ex illis contractibus receptis, quod percipiendū, iuxta d. l. si fundus. ideo aliquibus respondeo. Opponi igitur in primis posset, prout opponitur, quod ex quo culpa reuerendissimi locatoris præcessit, & eius culpa fructus omnes fuerunt occupati et facto tertij, cui resisti non potuit, damnum hoc dēt esse ipsius locatoris, & successorū, non autē conductorū, immo conductores ratione culpa locatoris possunt agere, ut supra dictum est, p. d. l. si fundus. l. si uno. §. item cum quidam. & ibi Bar. & in §. ubicunque. l. si quis domum. ff. loc. & l. si merces. §. culpa. ibiq. Pau. Cast. eod. tit. & culpa in casu nostro locatori imputatur, quia mortuus est, nam illius mortis cā hæc euenerunt, iuxta tex. cum ibi no. per Pau. de Cast. in l. sed addes. §. si. cū l. seq. ff. loca. & per Bar. & alios in l. diem functo. ff. de offic. assesso. sed ad hoc respondetur, quod casus in persona locatoris superueniens, ut est casus mortis usufructuarij, qui ad quinquenium locauit, & infra tempus quinquennij mortuus fuit, debet operari, ut heredes, & successores sui solū teneantur ad remissionē mercedis pro rata illius temporis, quo conductor fructus, & redditus percipere non potuit, & non ultra. & ideo quatenus conductor fructus percepit, & pro rata temporis, quo fundo locato usus fuit, ipse, uel sui heredes ad præstationem mercedis, seu affectus tenentur. l. si quis domū. §. penultimo, ibique Bar. & in d. l. si uno. §. item cū quidam. maxime in 3. col. & in l. qui insulam. §. i. & l. habitatores. in ff. locati. & faciunt etiam ea, quæ habentur per Bar. in l. i. §. diuus. ff. de uarijs, & extraordi. cognitio, nec uerum esse uidetur, quod mors locatoris eius culpe imputetur ad effectum, ut is ad remissionē mercedis teneatur respectu fructuum, seu reddituum iam per conductorem perceptorum, cum omne periculum circa illos contingens de iure ad conductorem spectet, ut supra dictum fuit. Solum enim impedimentum mortis locatoris facit, ut sit facienda remissio pro futuro tempore, quo re sibi locata propter mortē uti non potuit, ut in d. l. si quis domum. §. penultimo. cū si. Nam si mors locatoris culpe ipsius imputaretur, locator, uel eius heredes non solum ad remissionē mercedis

pro futuro tempore, sed etiam ad omne damnum tereferre, ac ad lucrum, quod conductor tunc haberet, teneri deberent, ad tradita per Bar. in d. l. si fundus. & in d. l. si uno. §. item cum quidam. est falsum, quia non tenentur ad remissionem mercedis pro futuro tempore, domū. §. penultimo. & supra dixi. Ergo non esse non dicitur. ¶ Secundo et principalem non obstat doctrina Paul. Cast. in l. ex quo uis tempestatis. ff. locati. ubi locator tunc remissionē faciendam pro fructibus iam perceptis, sed ad domū conductoris nondum quando essent segetes à solo separata, & paleis essent, & nondum excussæ, seu tritæ & igne fuissent consumptæ, uel alio casu perditæ, ut ibi p. eum. Quia responderi potest nostro blada, & segetes non erant in per excussæ, & tritatura, immo forte à conductore portata, & in horreis recedita: quo in casu, & omnes fatentur, periculum, & damnum contingens ad conductores tanquam dominum re debere, ut dictum fuit. ¶ Non obstat etiam uoluit Hostien. in summa de locato. in §. ones. quem etiam refert, ac sequitur Jo. de qua propter sterilitatem. extra de loca. in uerbi. in gl. 2. quia respondeo, quod conductoribus perceptis contingens ex uitio terre loci non facit quidem dominum, & locatoris remissionē mercedis teneri, & damnum ad ipsam rem spectare. Secus si ex alia causa & tunc corrumpti, seu aliter perdidit fuissent, quod damnum esset conductoris, & non locatoris, præse fuit Host. in loco prælegato, & de Imo. in d. 13. col. At in casu nostro fructus parati, & iam percepti uitio terre corrupti sunt, sed fuerunt ablati à tertio, qui uisus fuit locatori, cui resisti propter eius potestatem non potuit, periculum, & damnum ad ipsos conductores pertinet, debet. d. l. si fundus. & per Soc. in d. consi. c. hoc fatentur. ¶ Non obstat penultimum caput inter ipsas partes conuenientum, & contrarium, sed solū uerificatur in fructibus episcopatus, qui ab episcopo Bragadino ex facto, contrarium reuerendissimi domini locatoris ablatis, tunc fuerunt, et ideo conductores non solum damnum sibi fieri petere possunt, sed et ad interese, et ad lucrum, quod super fructibus perceptis ablatis, et exportatis facere potuissent, tenentur. ¶ Non obstat ultimum capitulum ad fauorem conductorum, in quo dicitur, quod diffinimus Locatore promitte alii conductori, qui se ad eum intrate sussero turbato, che non le potessero vssimare, & Reuerendissima sua tenuta fargli bono per se sussero dannificati. Ex quo capitulo inferri uideatur, licet locator alias non teneatur de periculo circa fructus perceptos, et à solo separatos, ut supra, tamē ex hoc pacto in dicto capitulo ueto teneatur. arg. l. si quis fundū. in prin. ff. de condi. & tractat. enī legem ex cōuentione partium. l. contractus. cum similib. ff. de regul. iur. & pactum aliquid operetur, debet intelligi, quod diffinimus Locator uoluerit se ad hūc casum damnum et circa fructus preteritos, etiam per contingens obligare, arg. eorum, quæ uolunt l. licet. in finalibus uerbis. C. locati. et potest conductor ultimum in terminis nostris ad fauorem conductorum multum facere uidetur. Sed tamē considerando, quod puto hoc ultimum argumentum habere effectum quoad fructus, et redditus perceptos, et nondum perceptos, non autē in fructibus

ad omne damnum, & periculum, in quibus damnum, & periculum contingens de iure ad conductorem pertinet, & a solo separatione fructuum inclusive, & non ultra: alioquin locator de iure diceretur teneri de casu, & damno etiam circa fructus perceptos contingente, quod tamen est falsum, ut supra sapius dictum est: Conductor igitur, cui fructus a solo separare, & percipere fuit permissum, non dicitur turbatus, quominus potuerit uti, & frui, & sic usufructuare, quamvis post perceptionem, & a solo separationem illi postea fuerint ablati, & ui exportati a tertio, qui facto iniusto, cui propter illius potentiam resisti non potuit, fuit usus. Constat itaque ex his illud ultimum capitulum non ob stare, quominus conductores ad solutionem affictus, & mercedis cōuentae proportionabiliter solum pro rata fructuum iam perceptorum, & a solo separatorum, nō autem ad valorem, nec aestimationem eorumdem teneantur, quia damnum contingens, ut supra, circa illos ex aliquo casu fortuito, seu ex facto iniusto tertij, quem locator, eiusque successores non potuerunt, nec possent prohibere, ad ipsos conductores spectare debet, & sic in casu nostro ad dominum Scipionem, & ser Franciscum, qui de iure tenentur ipsi illustri Comiti ad solutionem affictus cōuenti proportionabiliter, & pro rata dictorum fructuum perceptorum, & a solo separatorum, quia hoc est iuris indubitati, quod damnum, & periculum circa fructus rei locatæ perceptos, & a solo separatos ad conductorem spectet, & spectare debeat, quando culpa ipsi locatori imputari non potest. Omnes ergo conductores bonorum dicti episcopatus Mutinæ, hoc damnum, & periculum pati debent per ea, quæ dicta sunt, & per alia plura, quæ potuissent adduci, quæ breuitatis causa omitti. Et ita in præmissis dicendum, & Illustrissimæ dominationis vestre referendum esse censui, saluo semper integerrimo iudicio eiusdem, cui me plurimum commendo. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Conductor si facto tertij iniusto sit impeditus, cui dominus resistere non potuit, locator ad aliud plus non tenetur, quam ad remissionem mercedis solutæ, vel solutendæ.
Et solum pro rata temporis, quo fuit impeditus num. 9.
Et quando hoc verum sit num. 30. & 39.
Et quid illa verba ad aliud plus excludant num. 29.
- 2 Locator, si conductori ob vim maiorem uti frui impedito, & propter hoc damnum passio, aliam rem equè commodam obtulit, liberatur, ut conductor & a contractu recedere, et aliquid aliud contra ipsum petere nequeat.
- 3 Veritas præcedens, vel subsequens in locatione cum sterilitate compensatur, ut conductor ad solvendam integram pensionem anni sterilis, & ad perseuerandum in contractu teneatur.
Et quando hoc verum sit num. 32. 33. & 34.
- 4 Conductor, excepto tempore sterilitatis, seu impedimenti, quo re uti, & frui non potuit, pro reliquo tempore etiam futuro ad integram pensionum præstationem tenetur.
Et quando hoc procedat num. 35.
- 5 Locationis, & emptionis contractus æquiparatur, ac fraternizatur. Differunt tamen quandoque, & in aliquibus num. 36.
- 6 Emptionis contractus, si ante rem traditam ex postfacto res pro parte perierit, quoad aliam partem remanet, nec ab eo, alia parte iniusta, recedi potest.
Idem, si emptor propter aliquod impedimentum re uti non potuerit.
Et ad quid in his casibus venditor teneatur.
Et an idem sit in locationis contractu. & num. 36.
- 7 Conductoris modica incommoditas non est in consideratione, & si per modicum tempus etiam facto locatoris uti, & frui fuit impeditus, ad aliquam remissionem faciendam agere non potest.
- 8 Modicum tempus arbitrio iudicis dicitur secundum temporis qualitatem.